caritatis ut lucere ardere et cla-
rare posset nutritur. Cum lampade
ardente id est caritate ferviente
beata hec cum Christo quem ut spon-
sum dilexit et sicut carissimum
hospitem semper in domo propria
in membris suis suscipere studuit
ad celestes nupcias intravit. Que
in ipsa hora mortis sue quasi
dormiens jacuit et expiravit. Expi-
ravit inquam in fide sancte eccle-
sie et in firma spe glorie ita ut
moriens dicere posset cum psal-
mista: In pace in idipsum dormi-
am et requiescam. Et in alio psal-
mo: Caro mea requiescet in spe.
In qua spe? In spe utique gloriose
resurrectionis. Omnes quidem resur-
gemus, sed non omnes immuta-
bimur. In mutacio corporum
est glorificacio, que solis debetur
electis. Hii in pace dormiunt
et in spe requiescunt, diem feli-
citer exspectantes sue gloriose
resurrectionis in quo ~~tamquam~~ qui
dormiunt suscitabuntur. In corpo-
re beate Elyzabeth mortuo non modi-
cum tunc temporis contigit mira-
culum. Nam cum ab ipsa hora
mortis usque ~~[illegible]~~ in quartum
diem intumulatum jacuisset, nil
omnino fetoris vel immundicie
sicut de ceteris mortuorum cada-
veribus exire solet ab illo sacro
corpore exalabat, sed odor sua-
vissimus, odor aromaticus,
cujus flagrancia suaviorum
tam copiose refulgebat ut de